



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 20. De Nili & Istri magnitudine non idem videri sentire Sallustium & Arrianum. tum pœnæ cuiusdam militaris ratio aliter, quàm à Gellio, explicata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

360 M. ANT. MVR. VAR. LECT. LIB. XII.  
non, vt Iunius, Arpinam & Arsam: quorsus enim ne-  
cesse est, pracones, quibus per urbem aliquid edicen-  
dum est, in Elidem & in Hispaniam mittere? Vnde  
haec quam leuia & pusilla sint: sed, vt horum tempo-  
rum mos est, talia multa ab alijs quoque in cen-  
tu deferuatur.

*De Nili & Istri magnitudine non idem videri sentire Sal-  
lustium & Arrianum. tum poena cuiusdam militaris  
ratioculiter, quam à Gellio, explicata.*

CAPVT XX.

**T**RIA maxima Europae flumina esse Nilū, Istrum  
& Rhodanum, traditum est: sed principem lo-  
cum omnes tribuunt Nilo. ab eo autem secundum  
Istrum facit Sallustius. At Arrianus Istrum omnium  
maximum esse adfirmat his verbis: Ἀπὸ τῆς μεγίστης  
ταύτης ἀφικνεῖται Ἀλέξανδρος ὅτι τὸ πόταρον τὸ ἰστροῦ πο-  
τὸν τῶν μὲν τῶν Ευρώπῃ μέγιστον ὄντα καὶ πλείονα γῆν ἐπι-  
χόμενον. hoc igitur appingi poterit ad ea quae de his  
fluminibus tradidit Gellius capite septimo libri deci-  
mi. Sed & hoc, quod dicam, adiici poterit ad id caput  
eiusdem scriptoris quod proximè sequitur. Ibi enim  
sanguinis missionem narrat fuisse olim inter ignomi-  
nias militares: neque causam eius rei ullam à veteri-  
bus proditam esse. Se igitur putare id factum, quod  
minus sani viderentur omnes qui delinquerent: et  
idque tali purgatione egerent. Ego autem potius id  
factum puto vt sanguinem quem cum gloria frui-  
dere pro patria noluerant, eum cum ignominia ami-  
terent.

M. AN.